

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati milij
Witels.
¶ mas. er. q.
¶ hinc. 4. q.
¶ Mc. Joha: Leijob.
anno 1621.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ
Disputatio Duodecima
DE
PRÆDICATIONI-
BUS PERSONALI-
BUS.
Quam
Annuente *Ieanθpaw*
SUB PRÆSIDIO
Dn. BALTHASARIS MEISNERI
S.S.Theol. D. & P. P.
In privato Collegio examinandam,
proponit
M. MICHAEL REICHA RTUS
Witebergensis Alumn. Elect. Sax.
Habebitur ad diem 31. Ianuarij horis pomeri-
dianis, in minori Auditorio.

—
OS(+)S
WITTEBERGÆ,
Ex Officina JOHANNIS GORMANNI,
ANNO CICCI XXX

DE PRÆDICTIONIBUS PERSONALIBUS.

Continuatio.

- E**X Communicatione Naturarum fluunt Prædicationes, in quibus una Natura prædicatur de alterâ, divina de humana, & contra: tales leguntur in scriptura aliquot, a; quibus Ecclesiasticæ istæ equipollent, DEUS est Homo; Homo est DEUS. Dicuntur illæ Misticæ, ob ingens mysterium, quod involuunt: Inusitatæ, quod ad nullum prædicandi modum quadrant. Personales, quia ex Unione Personalis resultant. De his multa disputata sunt. Restora distinctis quæstionibus novem absolvit potest.
- M**eisn. I. part. Sobr. quæst. general. membr. 3. p. 25. 1. part. Sobr. c. 5. q. 7. lib. 2. Sobr. 2. c. 2. q. 8.
- I. Quinam de illis ferre debeat judicium, an Philosophus, an Theologus? Theologo partes judiciarias nos attribuimus.
- II. Num prædicationes illæ tantum verbales sunt? sunt realissimæ.
- III. Quid prædicetur in Personalibus, an persona de Persona, an Natura de Persona, an verò Natura de Natura? Posterius affirmamus,
- IV. Num in Prædicationibus Personalibus disparatum de disparato prædicetur? Affirmamus.
- V. An Prædicationes Personales sint & voci debeat Paronymicæ?
- VI. An

3.

VII. An $\alpha\nu\alpha\lambda\circ\gamma\omega\varsigma$ reduci possint ad Paronymicas?

VIII. Quo sensu dicantur Inusitatæ;

IX. An possim in abstracto dicere, Humanitas est DEUS $\lambda\circ\gamma\Theta$; & rursum $\lambda\circ\gamma\Theta$ est Humanitas.

X. An CHRISTUS homo & secundum humanam Naturam Naturalis DEI filius dici possit?

De quatuor quæstionibus prioribus, quia in Philosophia sobria abunde actum à Dn. Præside, jam nihil propono, sententiæ tamen ipsius definitivæ in in omnibus calculum adjicio. De quinquz vero posterioribus capitibus jam agemus.

Tu precor alma DEUS conatibus annue nostris.

THESIS I.

Terminus Prædicationis Paronymicæ, quia ambiguum; sciendum, à quibusdam sumi illum $\chi\epsilon\nu\eta\omega\varsigma$ & $\chi\alpha\tau\alpha\chi\epsilon\nu\eta\omega\varsigma$; pro omni Prædicatione, in qua prædicatum non est de essentia sed extra essentiam subjecti: à quibusdam $\epsilon\iota\delta\eta\omega\varsigma$ & Propriè, pro prædicatione Propria & Usitata, in qua ob unionem præsertim accidentalem contingenter de subjecto enunciatur Denominativum, quod tamen à Denominante distinctum est realiter.

CAPUT I.
An Præ-
dicatio-
nes Per-
sonales
sint & vo-
cari debe-
ant De-
nomina-
tivæ.

II. Hoc præsupposito ad quæstionem dupliciter respondemus. I. Prædicationes Personales

væ.

4.

priori sensu appellari possunt Denominati-
væ. Melius tamen ab ea phrasi abstinere,
quam ea uti.

III. *Quis enim tam amens sit, ut tales prædi-
cationes Synonymicas, vel quod idem est, homi-
nem assumptum de essentiâ λόγῳ assumentis esse
dicat? Quoniam verò Prædicatum non est de essen-
tia subjecti, dici sane posset sensu abusivo Parony-
mica hæc Prædicatio: si videlicet Natura de Na-
tura prædicetur; non verò si in subjecto totum sup-
positum sive Persona ponatur; quia ibi revera al-
tera Natura, quæ prædicatur, ingreditur constitu-
tionem totius suppositi, neque extra ipsius est essen-
tiam.*

IV. *Verum utut sic dici possint, melius tamen est,
ab ista loquendi formula abstinere, has ob causas.
1. quia ista loquendi formula plane est nova,
Theologis orthodoxis & Formulae Concordiae inco-
gnita.*

V. *Nec est ut quis objicit Scheckium &
Theologos Würtenbergenses, qui prædica-
a in refut. tiones has per accidens Personales vocant. I-
orthod.con prosi enim Theologi VVürtenbergenses Scheckium
sens. c. 6.p. perplexum & obscurum dicunt a, Gerlachius b
355. Scheckij autoritatem in specie rejicit: nec persona-
les ita vocant, sed propositiones in tertio genere
b. Tom. i. discept. 4. th. Communicationis, quando de humana natura
262. prædicatur divinum idioma, ut Humana Christi
natura est ubique; quo fine autem per accidens per-
sonales*

5.

sonales vocent indicant paulo post c, imò disputant c in Orth.
has esse Inusitatas d, quomodo ergo Paronymicas consens. p.
votabunt?

357. 358.

VI. 2. quia est Incommoda, recepta enim (1) d.p. 443.
accusabit nos inconstantiae, qui pro Inusitatis ha-
cenus tanquam pro aris & focis dimicavimus, jam
ipsi Personales ad modos ordinarios reducere volu-
mus. (2) Adversarijs latibula suppeditabit, Tum
Calvinianis, qui contra inusitatas nunquam al-
liter se disputasse dicent; præsertim Bezae, cum sua
Prædicatione Relativa, quam contra Hoff-
mannum a assert & postea etiam Goeloniūs defen-
dit b; Et Keckermanno afferenti Prædicationes
quas iam Impropias Externas Analogicas
c imo personales expresse Paronymicas indigitan-
ti d. Tum Pontificijs, quibus Personales oggere-
re non poterimus amplius ideoq; suam Transsub-
stantiationem facilius obtinebunt hoc argumento:
Quod disparata aliter de se non possint prædicari,
nisi fiat vel Figurate vel per Transsubstantiationem
VII. 3. Rationi latam portam pandit: Dum illæ non amplius Mysticae nec simpliciter Inusitatæ sed propriæ modis Prædicandi Logisticis congruae & Usitatæ putabuntur.

a p. i. resp.
contra Ho
ffman. p.

b. p. i. Misce

q p. 126.

c. l. 2. Sy, t

Log. c. 2.

l. 3. Syst.

Theol. c. 8.

d lib. 3 Syst

Theol. c. 2.

VIII. 4. Non est necessaria, Quia sat feliciter
hacenus contra adversarios pugnavimus, licet hic
terminus plane ignotus fuerit. Ut nihil dicam quo-
modo receptione ejus status controversie antiquus
mutetur, novæq; questiones rixosæ & λογομα-

A 3

χια

6.

Xii & excitentur. Stat ergo conclusio nostra ante posita.

IX. Sequitur jam thesis II. Personales Prædicationes sensu secundo speciali & proprio non sunt nec appellari debent Paronymicæ. Antequam hæc thesis stabiliatur prænoscendum. 1. Denominativa à quibusdam dici nonnunquam Denominata, nonnunquam Denominantia verum diverso respectu. Denominata Passivè respectu vocis denominantis sive abstracti (quod tamen à Denominativo debet differre realiter) à quo nomen habent, ut fortis à fortitudine. Denominantia Activè respectu subjecti denominati de quo prædicatur denominativum, & cui suam denominationem tribuit, sic forte est denominans quia denominat suum subjectum Simsonem. Melius tamen est Denominans dici abstractum sive formam accidentalem, Denominatum ipsum subjectum: Denominativum vero Concretum ex forma accidentali & subjecto.

X. Deinde observandum, nos hic Denominativum voce & significatione simul intelligere & Prædicationem Paronymicam putare nullam nisi in prædicato sit Denominativum.

a Colloq.

Momp. p.

304. Refut.

consens. or

thod. c. 7.

XI. His perspicuitatis gratia præmissis, thesin nostram confirmabimus, ex principiis partim Theologiciis, partim Philosophicis.

XII. I. Theologicæ hypotheses hæc sint i. Prædicationes paronymicæ sunt Logicæ, Propriæ aut Illisitatem,

tatæ, adeoq; ad prædicandi modum ordinarium res Chemn. in
duci queunt, Personales non sunt tales consensu fund coen.
omnium orthodoxorum. E. Personales non sunt c. 4. dua-
Paronymicæ.

bus naturis

XIII. Objiciunt quidam Paronymicas esse genus c. 6. Iacob.
Propriarum, non speciem, dividq; ipsas in Propri- Andr. con-
as Figuratas & Inusitatas. Resp. Inauditum hoc traGryn.p.
in scholis Philosophorum, & nullus adduci poterit 208. 218.
qui Paronymicarum Figurataram mentionem sal- 233. Selnet
tem fecerit. Deinde Theologi Proprias intelligunt p. 2. paedag,
omnes illas, quæ dividuntur in Univocas & De- p. 515.
nominativas.

Hunn lib.

XIV. Pergunt, Affirmativæ dividuntur in Proprias de Sacram,
Figuratæ & Inusitatas. E. & Paronymicæ sic possūt c. 34. My-
dividi. Nā ut propositio Affirmativa dicitur propter lius in A. C.
formalem rationem prædicationis, ita propter ean- art. 10. fol.
dē appellatur Denominativa. Resp. Dispar est ratio 151. Gerlac
Divisio Prædicationis in Negativā & Affirma- in assert.
tivā merē est formalis sine respectu ad res: hæc vero contra Bu-
in Synonymicā & Paronymicā non pure for- sœum c. 2.
malis est sed potius materialis, fudata nō in formalī p. 25.
subjecti & prædicati dispositione, sed in modo essēdi.

XV. Regerunt tertio Personales dici inusitatas,
non ratione modi formalis, sed ratione Modorum
Materialium, quia nec sint Necessariæ nec
Contingentes. Resp. Peccari hic multipliciter.
p. enim negamus distinctionem illam prædicatio-
num in Synonymicas & Paronymicas fieri tantum
ratione modi Formalis. Hoc enim posito posset

literis exprimi ut sit in priorum Analyticorum libris aristotelis. 2. Excluduntur appellatione Inusitatarum modi ownes formales & materiales. 3. Introduceretur sic scholastica omnium Propositionum ad modos regulares reductio, quæ vana & impossibilis.

XVI. 2. Omnes Denominativæ sunt accidentiales : Nulla prædicatio Personalis est duabus nā. accidentalis nec ad eam reduci a potest. E. zuris c. 6. **Mysticæ non sunt Denominativæ.**
Menzerus **XVII.** 3. In Prædicationibus Mysticis disparata contra prædicantur. In Paronymicis vero non disparata Martin. p. sed consentanea. b.

XVIII. 4. Homo & DEUS, Pater & Corpus in prædicationibus Mysticis sunt termini Synonymici. E. Hafenref- ferus lib. 3. Illis prædicati loco positis Prædicatio paronymica comp. stat. fieri nequit.

XIX. 2. Ex Philosophicis principiis thesin nostram evincimus. 1. Paronyma sunt quæ subjecto in Acropoli quidem tribuunt nomen, sed non definitionem, immo disp. i. p. 35. nec nomen in casu recto. Prædicata personalia sub- b. Præses in jectis suis tribuunt & nomen & definitionem & in sob. Phil. casu recto. E. Nec sunt Paronyma : Nec prædications personales Paronymicæ.
par. 2. sect.

XX. 2. Denominativum & Denominans semper realiter & essentialiter differunt. Homo & Humanitas DEUS & Deitas realiter non differunt. E. Non sunt Denominativa.

XXI. 3. Nullum prædicatum Denominativæ Prædicationis

9.

dicationis est terminus substantialis & absolutus. Personalium prædicationum predicata sunt termini substantiales absoluti. E.

XXII. 4. Omnis Denominativa prædicatio fit in quale, In Mysticis Prædicationibus non quæritur qualis fit DEUS homo, aut qualis homo DEUS E.

XXIII. 5. Nulla Denominativa prædicatio reciprocatur manente eodem genere prædicationis. In Personalibus talis fit reciprocatio. Idem enim est genus prædicandi cum dico DEUS est homo: & Homo est DEUS. E.

XXIV. 6. Omnis modus prædicandi Paronymus fundatur in modo essendi accidentalii. Personales vero non fundantur in modo essendi accidentalii, quia unio Personalis non est accidentalis. E.

XXV. 7. Hinc omnis Denominativæ Prædicationis prædicatum est accidens Prædicabile sive Proprium sive Commune. Sed in Personalibus prædicatum tale non est. E.

XXVI. 8. Si ad prædicatum Paronymum requiriatur qualiscunq; unio, & Prædicati extra essentiam subjecti constitutio. Cur non possem etiam dicere de ferro ignito Ignis est ferrum, & corpore animato, Corpus est anima, Paronymice. Verum hic nulla paronymia E. nec ibi.

XXVII. Objiciunt hic aliqui. I. Si prædicationes Personales ad nullum modum quadrant & Logicæ non sunt; sequeretur, illas esse αλογικæ & absurdas. Resp. i. Licet illi prædicandi modi propriè

A S

trici

¶Q.

Logici non sint generalia tamen habent prædicationis Logicæ attributa, constant subjecto, Prædicato, sunt Affirmativæ. 2. Nulla est consequentia, sunt Inusitatæ & non Logicæ E. Absurdae. Nam præter Logicam habitualem in mente nostra, datur λόγος divinus, & Logica Spiritus S. in qua istæ sunt λογικω[ται].

XXVIII. II. Cum dico Quoddam animal est Homo vel quoddam album est homo. Prædicatio est Paronymica. Et nihilominus in priori nullus terminus est Paronymus; in posteriori prædicatum est Synonym. Resp. I. D. Inter Prædicaciones Regulares Ordinatas & secundum Naturam, & Irregulares Inordinatas & præter naturam, quales haec sunt. Prioris partim sunt Synonymicæ partim Paronymicæ. Posterioris nec Synonymicæ nec Paronymicæ. 2. Nulla allatarum propositionum est Paronymica, imo potius pro Synonymicis haberi possunt. 3. ab ipsis Scholasticis nondum est definitum quales sint.

XXIX. III. Si Paronymum potest prædicari in uno. E. & Synonymum potest prædicari Denominative. Sed verum prius, ut patet si prædicatur differentia. E. Et posterius. Resp. Contradiccio est in adjecto, aliquid prædicari non προσέρνει μως & tamen Paronymum esse. Paronymica manet prædicatio cum dico homo est rationalis, quia non dico homo est ratio. Instant & affe-

*Ex afferunt prædications in quibus Idiomata es-
sentialia divinitatis de DEO prædicantur, ut
cum dico DEUS est omnipotens. Resp. Il-
las prædications esse Extraordinarias non Synony-
micas, sed Identicas.*

XXX. IV. *Dicunt DEUM & hominem præ-
dicari in concreto, non divitatem & huma-
nitatem in abstracto. E. Prædicantur Deno-
minative. Resp. Non valet consequentia. Nam &
genera & species prædicantur in Concreto & per
vocabula concreta, & tamen Univocè prædicantur.
Deinde concreta alia sunt substantialia, ut homo,
alia accidentalia, ut fortis. Hæc faciunt Prædica-
tionem Paronymicam, non ista.*

Hæc de quæstione prima, sequitur jam secunda.

XXXI. *Sunt igitur qui veritate vici fateri co-
guntur Prædications Mysticas non esse Denomi-
nativas: Interim putant eas aliquo tamen mo-
do & αἰαλόγως ad Paronymicas reduci
posse.*

XXXII. *Verum Negativam potius tenemus
mati his rationibus I. quia omnes Theologi ortho-
doxi serio suadent, a, ut potius cogitemus de My-
sticarum abductione ab omnibus prædicandi
modis Usitatis, quam de earum reductione: nec
suadent hoc solum, verum reduci posse expressè
negant.*

XXXIII. 2. *Quia si oppositum nec potest nec
debet*

CAP II.

An præ-
dicatio-
nes perso-
nales &
αἰαλόγως
& aliquo
modo re-
duci pos-
sint ad
Denomi-
nativas ?
a Chemnit.
de duabus
natur. c. 6.

a Thomas debet ad speciem oppositam reduci, utiq_z nec Inu-
c.3. summ. sitat_e ad ullam Usitatrum oppositarum speciem
q.16.art. 1. reduci poterunt.

Busæus con XXXIV. 3. Quia in omni reductione requiritur
tra Gerla- quedam convenientia illius quod' reducitur cum
chium Bel- illo ad quod reducitur, præsertim in requisito prin-
lar. Tom.3. cipali. Sed Personales nullam convenientiam ha-
l.3. c. 19. bent cum Denominativis, cum in illis nullus sit ter-
Soncin.l.3. minus Paronymus, quod Principale requisitum De-
scendent. S nominativarum. Instant, illam esse convenienti-
4.q.7. con- am Personalium Prædicationum & Paronymica-
elus.2. Fon- rum, quod utriusque prædicatum sit extra es-
seca Me- sentiam subjecti. At non sufficit hoc tantum
taph.c.8.q. ad Paronymicas; sed insuper istud requiritur, ut
7. Simoni- terminus alter sit Paronymus.

us contra XXXV. 4. Quia sic imitaremur Iesuitas & Cal-
Scheckium viniānos, quorum alii a eas reduci voluerunt ad
Gryneus synonymias; alij ad Paronymicas. quibus tamen
disp. de ser. à nostratis Theologis semper contradictum, præ-
incarn. th. sertim Chemnitio & Hoffmanno part. i. de usu no-
14. Beza tit. Logic. q 7.p. 85, 115.

Part. i resp XXXVI. 5. Quia si qua iuscunq_z similitudo & con-
p. 72. Crell. venientia causa esset reductionis, Prædicationes
lin.2. Log. Personales non minus ad Univocas possent reduci,
part. com- quia termini in ipsis sunt Synonymi. Sed absurdum
muni Go- unam Prædicationem ad duas contrarias species
tleni⁹ par. reduci posse. Im^c potius ad Synonymicas reduce-
2. Misc. Pa- rentur quia plura Synonymicarum requisita ha-
reus in con-
bent,

bent, Personales ergo nec $\alpha\alpha\lambda\circ\gamma\omega\varsigma$ reduci pos- trov. Eu-
sunt ad Paronymicas. char. lib. 2.

XXXVII. Tertiam quæstionem quod attinet re- c. 13.
spondemus brevissime. Inusitatæ dicuntur non tan- CAP. III.
tum ratione Unionis, qualis in tota naturâ non Quo sen-
datur, nec tantum ratione Modorum Materiæ su Prædi-
lium specialium sed & modorum Materiæ cationes
lium generalium Univoci & Paronymici. Sunt Mysticæ
enim non Logicæ non Propriæ vel Usitatæ, omni- à nostris
bus Philosophis quoad modum prædicandi ignotæ, dicantur
non reducibles præsertim ad accidentales, in qui- Inusita-
bus prædicantur mera disparata vocabulis Synony- tæ &
micis expressa, neq; tamen vel συνώνυμως vel πα-
ρωνύμως.

XXXIX. Quartam quæstionem quod respectat, Theo-
logi Würtenbergenses & præsertim Gerlachius CAP. IV.
affirmativam tenet ob sequentes rationes. 1. Quia Num in
illi Iohanne c. 1. v. 14. Verbum caro factum est, abstracto
equivallet ista, λόγος est Caro. Iam Caro possim
hic non est Concretum, sed abstractum, idemque dicere,
quod humanitas. Quod ita probatur quia vox Humani-
Carnis in nullum abstractum resolvi potest: nec a- tas est
lias ex vocabulo Carnis argumentari possem Ioh.
6. vers. 55. pro abstractivis, quod tamen nostri DEIIS,
Theologi faciunt; deniq; Caro nunquam in casu & contra
Recto ponitur cum Christo; non enim dico caro DEUS
CHRISTI, sed caro CHRISTI quod abstra- est Hu-
manitas, manitas
tivum notat.

a Gerlach. XXXIX. Vox Humanitas & Homo hic sunt in AntiBu-Synonyma, significaturq; per humanitatem consaeo. p. 79. cretum, quippe homo cum accidentibus & proprietatis. Athanas. a.

lib. 2. de hu XL. 3. Quia sic Patres loquuntur b. Sic recentio man. natu res nostri Theologi Creator est Creatura, c. & Nazian contra: Caro est DEUS Verbum. Caro est zen. in san secunda Persona Trinitatis. b. Caro est etum Pasc. DEUS Verbum & contra: Humana Christus. Iti natura est Filius DEI. c. Sic ipsi adversarij lib. 4. c. 18. quuntur Caro propter Verbum Deus est, f.

c Refut. XLI. Objicit Busæus, g. DEUS est unus simul, sens. orth. & trinus, Pater Filius & S. S. Ast Humanitas est p. 378. DEUS. E. Rest. 1. Instando, DEVS est Vnus & d Gesn. in Trinus, λόγος est DEUS E. 2. Vocabulum DEI F. C. disp. ii sumitur vel Essentialiter vel Personaliter, pri-

c. 2. th. 17. ori modo sumitur in majore posteriori in minore.

& p. 300. XLII. Pergit. Si Humanitas est DEUS, E. Est a- e Schrod. na ex personis sanctæ Trinitatis, æqualis Patri & in apodixi Spiritui Sancto. Sed quomodo creatæ æqualis esse de bonis in poterit Increatæ? Resp. Nulla sequitur Naturali-

finitis th. rum exæquatio, quia humana natura ratione sui

14. esse manet creatura, DEO minime æqualis: Per-

F. Trelcati- sonaliter tamen & in usitatè rectè dicitur λόγος

ius jun. lib. esse qui est æqualis Patri. Hæc igitur Prædicatio

z. Institut. falsa est. Humanitas æqualis Patri; vera

loc. 4. autem illa, Humanitas est λόγος qui est æ-

g In Apol. qualis Patri: quia æqualitas est attributum λόγος

fol. 59. non vere carnis.

43. Pro-

XLIII. Progreditur a Si Humanitas recte diciatur D E U S, sequitur quod vicissim Deitas dici possit homo. Resp. Conceditur, at ijs, qui abstractivas defendunt. Ut enim Ilnio est reciproca, ita etiam Personalis Prædicatio. Deinde D E U S λόγος & Deitas λόγος plane idem sunt: & si recte dicitur divinitas est incarnata, cur ea non diceretur caro?

XLIV. Interim tamen consultius est hisce abstractivas locutionibus parce uti, vel potius plane ab iis abstinere; cum nec scripture illis utatur, cum scan-^b F.C. art: dalosæ & cavillis adversariorum facile oppositæ, s. p. 782. imo non necessariæ: ut monet Hutterus. b. CAP. V.

XLV. Quintam deniq; quæstionem affirmant ple- An recte rig; nostratum Theologorum. 1. quia sic huma- dicatur nam naturam sive sanctum quod nascetur ex Christus virgine appellat angelus Luc. 1. 36. non per essen. qua ho- tiā, sed meram gratiam & naturarum xowmo & se- vlas. cundum.

XLVI. 2. Quia Hebr. 1. v. 4,5. CHRISTIIS dici- humanā cur hæreditasse excellentius nomen angelis: quod naturam verò illud? Filius meus es tu. Et 1. Cor. 15,45. est Natu- Secundus homo dicitur Dominus de cœlo, quod ralis D E I prædicatum notat ipsum D E I filium. 3. Quia Filius.

CHRISTIIS est unus & unica persona, si igitur non esset secundum carnem D E I filius, non esset unica persona sed alius & alius. D E I filius & non DEI Filius. 4. Quia CHRISTIIS secundum humanitatem D E U M in scriptura aliquoties vocat

Patrem

16.

Patrem: vi igitur relationis secundum eandem erit
Filius DEI. Ubi enim paternitas ibi Filiatio.
5. Denique sic non solum loquuntur Patres sed & ad-
versarij.

XLVII. Hoc tamen notetur vocabulum secun-
dum hic non sumi $\Delta\gamma\kappa\epsilon\tau\eta\omega\varsigma$, prout est particu-
la Disiunctiva, sed $\epsilon\zeta\eta\gamma\eta\lambda\kappa\omega\varsigma$ vel $\delta\epsilon\kappa\tau\eta\omega\varsigma$ prout
est particula Indicativa.


XLVIII. Deinde quia hæ locutiones periculose, quia
non necessarie, quia significantius exprimi possunt,
quia $\alpha\gamma\epsilon\alpha\phi\iota$ & ambiguæ, de iis dimicare mul-
tum non debemus.


XLIX. Atque sic finivimus considerationem inef-
fabilis istius Mysterij de duabus in Christo Naturis
personaliter unitis, gratias agentes DEO pro as-
sistentia Spiritus S. & eundem venerati supplices
& nos ad exemplum CHRISTI proficere faciat
sapientia & gratia in ipsius gloriam no-
stramque salutem sempiternam,

A M E N.


F I N I S:







Farbkarte #13

LOGIAS SACRÆ
io Duodecima
DE
CATIONI-
RS SONALI-
BII S.
Quam
ente Georgiā
PRÆSIDIO
SARIS MEISNERI
eol. D. & P. P.
legio examinandam,
proponit
L REICHA RTU S
s alumn. Elect. Sax.
31. Ianuarij horis pomeri-
minori Auditorio.
()
EBERGÆ,
JANNIS GORMANNI,
1535 XXXI